



## The Holy See

---

IOANNES PAULUS PP. II LITTERAE APOSTOLICAE **NEERLANDICA CLARA** AEDES SACRA S. LIDUNAE ET SS.  
ROSARIO BEATAE MARIAE VIRGINIS  
DICATA EADEMQUE IN URBE SITA QUAM SCHIEDAM VOCANT,  
INTRA ROTERODAMENSIS DIOECESIS FINES,  
AD BASILICAE MINORIS GRADUM EVEHITUR Neerlandica clara natio, quae haud mediocri hodiernis temporibus  
fruitur progressu, pari gradu exoptamus spiritalem ut consequatur prosperitatem religionisque incrementum. Ad haec  
profecto consequenda plurimum confert erga Virginem Mariam pietas, quae veluti mane dicit fideles ipsos ad spiritale  
iter expeditius decurrentum. Probe igitur scientes in templo paroeciali quod in urbe invenitur vulgari loquela Schiedam  
vocitata antiquitus Virginem Mariam venerari ibidemque S. Liduinam pie excoli, Venerabilis Fratris Philippi Bar, Episcopi  
Rotterdamensis, occurendum precibus prompta sane voluntate existimavimus, ratione quoque habita tum ipsius aedificii  
praestantiae, tum religiosi profectus, qui silo nomine suorumque pariter fidelium ut templum quod memoravimus inter  
Basilicas Minores referre tur postulaverat. Itaque quae decrevit Congregatio de Cultu Divino et Disciplina  
Sacramentorum, ea Ipsi comprobantes, Nostra usi Apostolica auctoritate, paroeciale aedem de qua mentio est facta ad  
dignitatem evehimus et statum Basilicae Minoris, cunctis item con cessis iuribus privilegiisque quae ad id genus templo  
spectant. Ea deinceps serventur quae Decretum statuit «De titulo Basilicae Minoris», die IX mensis Novembbris editum,  
anno MCMLXXXIX, contrariis quibuslibet rebus minime obstantibus. Cum demum nostris temporibus permultis  
obruamur rebus extrariis, valde cupimus ut nova istius templi candicio vehementiorem foveat pietatem et in caelestem  
Matrem dilectionem inque sanctos. *Datum Romae, apud Sanctum Petrum sub anulo Piscatoris, die XVIII mensis Iunii,*  
*anno MCMXC, Pontificatus Nostri duodecimo.* AUGUSTINUS card. CASAROI. I a publicis Ecclesiae negotiis © Copyright  
1990 - Libreria Editrice Vaticana

---